



**Sermones prestantissimi viri Ro|berti de Litio: ordinis  
Minoru[m] sacre theologie professo||ris: pontificis  
Aquinatis**

**Caracciolo, Roberto**

**Lugd., Anno d[omi]ni. M.cccccxij. vi. no.Maij.**

Sabbato de pote[n]tia [christ]i. Ser. xxj.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

## Sabbato post dñicā. III. aduentus.

Scientem: scias etiam q̄ crebro dolētem:  
merentem: ingentem: iuspirantem: et la-  
chrymantem. Infuge cordi tuo illius la-  
chrymas & suspiria: ut sic valeas ab ipo  
suscipere gratias: qui est benedictus in  
secula. Amen.

¶ Sabbato post dñicam tertīā aduen-  
tus de potētia ch̄isti. Sermo. xxi.  
¶ Iesus potēter operās. Fructus. xxi.

**E**dīus autē ve-  
strum r̄c. iterum vbi. s.  
Dñi nostri iefu xp̄i mai-  
stātē diuinitatis declar-  
at nobis oga illa mira-  
culosa: que non nisi supernaturali potē-  
tia fieri potuerunt: ut dictū est in prece-  
dētibus. Et qm̄ possunt nōnulli eā po-  
tentiam xp̄o tribuere in assumpta natu-  
ra: qd̄ erroneum est dicere: tēcīro in pre-  
senti sermone de potētia xp̄i dicturi su-  
mus: ut ita credamus de ipso mirabilia  
facta: q̄ semp̄ cōditiones et p̄prietates  
seruemus v̄riusq̄ nature. Nā certissi-  
mum est q̄ sicut scientia in ch̄risto fuit  
admirabilis: ita & potētia. Verum scien-  
tia fuit in eo sūm̄ humanitatē et diuini-  
tate: ut diximus in anterio sermone.  
potentia h̄o in ipso est sūm̄ diuinitatē.  
Ad qd̄ plenius intelligendum propone-  
mus in medio fructu: qui est. Iesus por-  
tenter operās. Pro cuius intelligentia  
tres cōclusiones erunt notande,

Prima dī determinationis.

Scda dī negationis.

Tertia dī impressionis.

**G**o dī afa xp̄i nō est oipotēs. Capm. s.  
Rima cōclusio dicitur deter-  
minatiōs. In qua scire de-  
bemus de potentia xp̄i sūm̄  
doctores catholicos & ani-  
ma xp̄i nō est omnipotēs: si-  
cet notatur in. iij. senten. dist. xiiij. Et ra-  
tio huius est sūm̄ Rich. ibidē. arti. v. q. s.  
q̄ omnipotēta includit actuam poten-  
tiā infinitā intēsiū: q̄ cū vñiquodq̄  
agat sūm̄ & est in actu: et patiatur quā-  
tum est in potētia: quātūz res habet de-

actua potētia: tantū habet de actuali-  
tate: ergo potētia actua infinita inclusa  
dit actualitatē infinitā in habente illas  
potentiam. Actualitas aurē infinita in  
nulla creatura eē pōtē: q̄ ols actualitas  
creature cū possibilitate pm̄ixa est. Tn̄  
omnis potētia actua que anime ch̄isti  
dari potuit sibi data'est. Dñs autē Bos-  
na. dist. ii. q. iii. arti. iii. q. iii. ait: q̄ omni-  
potentia cōdicari non potuit alicui crea-  
ture: q̄ omnis creatura eoipso & ex nī-  
hilo est deficit a summa stabilitate. Vn̄  
q̄ non existit per seipsum deficit a sum-  
ma simplicitate vnde q̄ non agit per se  
totā potētia a summa maiestate: vnde di-  
stare potest in ipsa virtus a substantia.  
Et qm̄ per se non subsistit: nec in se nisi  
sustēetur a diuina potentia: q̄ nō pōtē  
seipsum sustentare: ideo impossibile est  
ipsam esse omnipotētē. Rursus qm̄ ex  
seipsa tota nō agit: nō pōtē in totam rei  
substantiā: t̄ ideo nō potest esse om̄ps:  
cum non possit totū producere. Postres  
mo quia virtus eius distat a substantiā  
tātum pōtē elongari q̄ deficit omnino:  
vñ non pōtē in omnia. Sicut igitur soli  
deo cōuenit summa stabilitas: summa  
simplicitas: summa imēritas: sic etiōz  
omnipotētia: qui necessario req̄rit ista  
tria. Unde nec aie xp̄i: nec alicui creatu-  
re pōtē omnipotēta cōdicari: nisi dixeris  
me de aia xp̄i & ei omnipotētia com-  
municatur eo modo: quo cōdicatur ei no-  
men excellētie diuinitatis: hoc est p̄ cōdi-  
cationē idiomatū: que orūm habet ex  
personalī vñione. Sicut etiā possumus  
dicere & h̄o est om̄ps. Sed contra hoc  
objiciunt: q̄ dī Matth. vii. c. Data est  
mibi omnis potestas in celo & in terra.  
Ubi glo. inquit: Nō de coetera patris  
diuinitate: sed de assumpta humanita-  
te dicit. Et iterū glo. super illud Lc. c.  
hic erit magnus. dicit: Nō & ante viri  
ginis partu magnus nō fuerit: sed quia  
potentia quā dei filius naturaliter ha-  
bet: h̄o ex tempore erat accepturus. Ad  
hoc dicit Rich. & iste glose intelligunt  
ēm̄ illū modum loquēti quo idiomata

dicantur. Unū post h̄ba glo. scđo allega  
re statim subiungitur: vt vna sit persona  
h̄o et deus; in quo satis datur intelligi  
qđ ille h̄o ideo dicit om̄ps qđ est deus.

Qđ in christo nō est potentia peccan-

ti.

Lapm.ii.

**S**ecunda cōclusio dī negationis  
Nam negamus in xp̄o poten-  
tiam peccādi: sicut vult Ansel-  
mus lib. Cur dē homo. t̄ oēs  
doceo. in. iij. dist. xij. Qđ declarās Rich.  
iij. q. i. ait: qđ xp̄s peccare non potuit: nec  
iniquitū deo: vt per se patet: nec inquā-  
tū homo: qđ erat cōprehēnsor. Et sicut an-  
geli boni peccare nequent: ita etiam ne  
ipse. Nō potuit etiā peccare iniquitū h̄o  
piator: qđ qđ materia est sub aliqua for-  
ma: cuius actualitas equat t̄ implet to-  
tam capacitatē t̄ possibilitatē totius  
materie: nō est possibilis ad cōtrariam  
privatiōnē: vt p̄t̄ in materia cuiuscūqz  
corporis celestis: sed xp̄s etiā iniquitū  
piator tantā habuit gratie plenitudinē  
qđ equabat t̄ implebat totā capacitatez  
alie sue. Et iō non fuit possibilis ad con-  
trariā privatiōnē: que est per p̄t̄ sicut  
per simile est declaratū. Sed notādū  
h̄m. Boni. vbi. s. ar. ii. q. ii. t̄ Aleran. in. iij.  
q. xiiij. mem. i. qđ potētia peccandi dicit  
dupliciter. Uno modo potētia qua pec-  
catur. Et sic noīat ipsum liberū arbitriū  
creatū: qđ quidē p̄t̄ in bonū adiutum  
gratia. Et qđ per sui naturam est defecti-  
uum: hinc est qđ illa potētia sive facul-  
tas dici p̄t̄ potētia benefaciendi et po-  
tentia peccādi. Nullus em̄ peccat nisi p̄  
illā. Alio modo potētia peccādi dicitur  
potētia ordinata ad peccandū: vt illa  
potētia nominat medium inter substan-  
tiā t̄ peccati actū per qđ substātia illa  
possit exire in peccati perpetrationem.  
Primo modo potētia peccandi fuit in  
xp̄o: qđ vt dicit Damascenus: oīa que in  
noīra natura plātauit deus assumpt̄  
dei verbū. Si h̄o potētia peccandi dicit  
potētia ordinata ad p̄t̄m perpetrādū:  
sc̄nō est concedendum qđ xp̄s habuerit  
potētia peccādi p̄ eo qđ peccare nō p̄qz

tuit. Talis em̄ ordinatio: immo deordi-  
natio diminuit de plenitudine liberta-  
tis. Qđ vt clarius vno h̄bo intelligam?  
dicimus qđ xp̄s habuit potētia peccan-  
di ex eo qđ habuit liberū arbitriū: qđ m̄  
pter plenitudinē gratie nō poterat a  
bono deficere: ita nec peccare. Et si dis-  
catur qđ si xp̄s nō p̄t̄ peccare: ex necessi-  
tate cōseruat iusticiā: ergo nō est laudā-  
dus de iusticia: qđ vt inq̄t̄ Lact. vi. dñi.  
institutionum aduersus gentes. Nulla  
laus est nō facere qđ facere non possit.  
Ad hoc r̄ndet Aleran. vbi. s. ad. iii. ar. qđ  
est quedā necessitas coactiōis t̄ p̄hibi-  
tions. Et cū aliquod bonū fit ex huius  
modi necessitate nō debet laus facienti  
illud qđ ista tollit volūtātē. Et est neces-  
itas immutabilitas. Et ista nō tollit  
volūtātē nec laudē: sed ponit immuta-  
bilitatē volūtatis in bono: t̄ hoc mō dī  
deus ex necessitate esse bonus et bona  
queqz facere: sicut scribit Hierony. ad  
Paulinū dicēs: Bonus est dēs t̄ omnia  
queqz facit bona sint necesse est. Zali  
ergo necessitate secūdo modo dicta xp̄s  
seruauit iusticiā. De qua dicit Ansel. qđ  
impropriē dicit necessitas: eo qđ non est  
ibi coactio nec p̄hibitio. Et sic p̄t̄ qđ si-  
cuit deus maxime laudandus est de bo-  
nis que habet t̄ seruat: ita t̄ dñs Iēsus  
xp̄s: qđ peccare nō potuit.

Qđ aīa xp̄i diuīna virtute poterat in  
istis inferioribus ultra opera nature.

Lapitulum. ii.

**E**rtia cōclusio dī impressiōis.  
**I**n qua plēriqz querere solēt  
si aīa xp̄i posset facere mediā-  
te opere nature impressiōes:  
que per naturā fuit in istis inferioribz:  
qđ ex quibusdā sanctorū dicitis t̄ rationi-  
bus videtur qđ sic. Nam dicit Yohā. Da-  
masce. lib. iij. c. xv. loquens de xp̄o. Su-  
pra hominē que hominū sunt agebat.  
Et ponit exemplum de ambulatione su-  
per aquas: ergo videtur qđ hoc fecerit qđ  
naturā humānā supernaturaliter subli-  
matam. Ergo pari ratione aīa xp̄i pos-  
set facere nō mediāte naturā imp̄ssioes

F iij

### Dñica. IIII. aduentus.

quas fecit natura. Ad hanc questionem dixerunt aliqui: quod quis anima humana per suam naturale virtutem non posset facere tales impressioes: in anima beatitudinis et propter excellētiā sue beatitudinis et propter excellētiā sue actualis existentie posset facere tales impressioes nō mediante opere nature. Unde isti plene cōcedūt quod ipsa posset hanc materiam transmutare ad formā substantialē et accidētālē modo sublimiori quod trāsmutetur opere nature. Sed cōtra videtur posse argui per euāgeliū et per sanctos: quod per miracula quod faciebat xp̄s ostēdit se deū esse. Que probatio nō fuit efficax: si illa fieri potuisse creata virtute: Quis autē per beatitudinem anime xp̄i et suam existentiam in verbo sit in ea supnaturalis virtus: in nō trāscendit terminos virtutis create. Ideo dicēdū quod quis xp̄s: quod est deū et homo: possit rōne diuine potētis p̄dictas impressioes facere nō mediate ope nature: et quecūq; alia quod cōtradictionē non includūt: in eī anima hoc non pōt. **Uñ Rich. s. li. de trini. ait:** Illa signa et prodigia quod facta fuerūt ad confirmationem fidei nostre: nō nisi diuina virtute fieri potuerūt. **Uñ intelligēdū est verbū** **Da**  
**masceni:** quod in illo vult dicere quod christus. **Quis** esset homo faciebat per diuinā vir-  
tutē opera excedētiā virtutē humana. **Et** quod iste fuerit intellectus eius pater: quia post illa verba: paucis interpositis sic dicit: Non enim homo erat sed deus homo. **Ista** ergo quod iupradicta sunt de potentia christi catholice tenere debemus: quem cū deū verū et hominē profiteamur: nō irrationabiliter dicimus quod potestatem habet saluandi et damnandi: mortificare et viuiscicare: deducere ad inferos et reducere. Lui omnes debemus gloriam et honorem per infinita secula seculorum. Amen.

**Q**uod dominica quarta aduentus de clāmore jobanis qualiter cōgruo tempore christi clamitat. **Ser. xxi.**

**Q**uelum jobes clamitat. **Fruct. xxii.**

### Actum est ver-



bū dñi super Johānem zācharie filium in deser-  
to. Scribuntur hec ver-  
ba Lu. iii. c. 7 in euānge-  
lio presentis dominice. Eruit p̄cursor  
dñi dilectus Johānes baptista in soli-  
tudinē deserti a teneris annis: ibi cō-  
uersat⁹ est vsq; ad eratē maturā. Qua-  
re factū est ut xp̄m quē in vtero matris  
existēs exultando salutauerat: tōlo illo  
tpe nunq; viderit: sicut patere potest ex  
illo verbo Job. s. Et ego nesciebā eum.  
Sp̄a sancto in eū vidente xp̄m publi-  
ce diuulgare cepit: ipm p̄dicabat et des-  
mōstrabat saluatorē scūli: prout testa-  
tur lectio euāgelica hodierna: que non  
immerito a nobis diligenter est ponde-  
randa et examināda. Pro cuius declara-  
tionē occurrit nobis cōsuetus fructus  
qui est: Jesum Johānes clamitat. Pro  
quo tres cōclusiones ponemus.

**Prima** dī tēpōis opportunita s.

**S. da d:** persone dignitas.

**Tertia** dī clamoris qualitas.

**Q**uod xp̄s in quo Johānes xp̄m clamita-  
bat fuit opporūnū. **Lap̄m. i.**

**R**ima cōclusio dī xp̄is oppor-  
tunitas. Notas emi in prima  
parte euāgeliū opportunitas  
temporis in quo xp̄s in mun-  
dum veniēs a Johāne bapti-  
sta est predicatus. Dicit nāc euāgelīa  
Anno. xv. imperij Liberi cesarij: p̄co-  
rente pontio pilato iudeam: terrarcha  
autem galilee Verode. In quibus ver-  
bis tria tēpōta designātur.

**P**rimū vniōnis romani imperij.

**S**econdū partitionis regni iudeaici.

**T**ertius diuisionis sacerdotij.

**Q**uod primū tēpus qđ hic designat dī vniō-  
nis romani imperij. Nam vt colligif et  
dictis Liui Orosij Eutropij et aliorū q  
romane reipublice gesta cōscripsere: ro-  
mani orbis dñium appertentes usq; ad  
Octauiani tēpora bellis prouincias va-  
rias edomādo: regimē in vībe p̄ reipu.